Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

tum qui detrahunt apud dominum: et
qui locuntur mala aduersus animam
meam. Et tu domine domine fac me
cum propter nomen tuum: quia suaui
is est misericordia tua. Libera me
quia egenus et pauper ego sum: et
cor meum conturbatum est intra me.
Sicut umbra cum declinat ablatus
sum: et excussus sum sicut locusta. Ge
nua mea infirmata sunt a ieunio: et
caro mea immutata est propter oleum.
Et ego factus sum obprobrium illis.
uiderunt me et mouerunt capita sua.
Adiuua me domine deus meus: saluum
me fac secundum misericordiam tuam.
Et scient quia manus tua hec: et tu
domine fecisti eam. Maledicent illi et
tu benedices: qui insurgunt in me con
fundantur: seruus autem tuus letabi
tur. Induantur qui detrahunt mihi

Benedicat nos dominus et custodiat nos
Ostendat dominus faciem suam nobis et misereatur nostri
Convertat dominus vultum suum et det nobis pacem